

2837

H O M I L E T I C I.

2838

serasset hocque donum mellissimum suis fidelibus plurimis contulisset, ut pro veritate sua predicta contra Regem Sigismundum regem pretensum ungarorum veritatis praefate inimicum usque ad mortem se exponerent agonizarent et decertarent et deo fauente aduersus ipsam bestiam bellum obtinerent &c. Ex acerbitate in Sigismundum colligas Tractatum hunc, qui totus in refutandis circa Eucharistiam erroribus est, intra annos 1420 — 35. elaboratum fuisse.

Membrana Codicem antierius ambiens partem Commentarii in *Eclogas Virgilianas* Sec. XIV. scripti exhibet; posterius ambiens Concessio est F. Bartholomaei Veneti Prioris Gen. Ord. Eremitar. S. Augustini, qua Albertum de Egra ejusque conjugem Claram participes facit omnium Meritorum praedicti Ordinis. Data *Herbipoli in generali capitulo Anno Domini MCCCLXXXI. decima die mensis Maii.*

DCCLXXII.

619 Codex chartaceus lat. boh. Sec. XV. Folior. nunc 379. 4. initio mulctatus fuit olim *Wenceslai Rossii* noti Sacerdotis *Bobemi* et complectitur *Sermones* sacros in diversa Textus Biblici Loca, insertis, aut margini adjectis *Glossis bohemicis*, additoque ad calcem Locorum praedictorum Indice, quibus omnibus immorari operae pretium non est, nisi quis in *Dictiones Bobemicas* adcuratius inquirere velit. Ceterum est, quod

miremur, tot olim *Codices mss.* in unius privati Sacerdotis *Scriptis* fuisse.

DCCLXXIII.

Codex chartaceus germ. Sec. ¹⁴⁴ XVI. Folior. 265. f. continet XXIV. *Sermones Augustae Vindel.* per Triennium infra Octavam Festi Theophoriae ad populum habitos hoc Titulo: *Vier und zwaintzig schöner Predigen vom hailigen Sacrament des Altars welche zite drey vnder schidlichen Jahren in der Genaden wochen fürlich acht Durch den Hochglerten Herren Gregorium Rosepbum Tounprediger zue Augspurg geprediget sein wordenn.* Omnium horum Sermonum Thema est illud *Job. 6. Hic est panis qui de coelo descendit.* De Autore *Gregorio Rosessio S. J.* alumno, oratore aetate sua percelebri, et Ecclesiae Augustano vide, quae tradit *Ign. Agricola* in *Hist. Provinciae S. J. Germ. super. Aug. Vindel.* 1727. f. Obiit *Rosessius* a. 1623.

DCCLXXIV.

Codex chartaceus germ. Sec. ²²⁷ XVI. Folior. 78. f. continet *Sermones* duos *Augustae Vindel.* habitos in Templo *D. Joannis* prope Ecclesiam Cathedralam a *Gregorio Rosepbio S. J.* Sacerdote et Ecclesiae Cathedrali, in nocte, quae diem parasceves antecedit, et ipso parasceves die. Prioris initium est: *Souil guetter anratzung haben wir gottgeliebten Christen*